Illustri & Magnifico

Principi Domino

Thomae Nadasdi

patrono

suo

observandissimo

Publicam.

(4)

1 5

ORSZÁGOS LEVÉLTÁR * MAGYAR KIRÁLYI

Kamarai lt.

Publ. Fasc. 35. N. 14.

1

1537.

S. D. Illustrissime princeps. Etsi ignotus sum
celsitudini tuae, tamen petenti Matthiae
literas ad te, non invitus dedi, & ut
Matthiae gratum facerem, & ut me in amicitiam
insinuarem tuam, quorum alterum iudicabam
officium esse necessarium, ne voluntati amici
deessem, alterum vero mihi optatissimum est.
Nam bonorum principum amicitia, magnopere
nobis adversus imperitorum iudicia, expetenda
est. Intellexi autem ex Matthia te magno
sumptu scholam constituere et optimarum
artium studia excitare, quae res cum
per sese magnam laudem mereatur, tamen
hoc tempore, cum belli cladibus literae
in vicinis locis deleantur, multo ampliori
laude digna est. Videris enim prospicere
posteritati, ut cum alibi deletae fuerint
bonae artes, tamen seminaria reliqua sint,
conservata tua virtute, unde iterum
propagari in Pannonias doctrina vivae

voluntatem tuā, cupimusque in re praecipua
bene mereri de patria, & singularem
prudentiā tuā probamus. Ego vero etiam
omine delector. Cum .n. tali tempore
cogites de studijs, ostendis te non desperare
pacem, & meliorē pannonie statū.
Quis .n. si arbitraretur propediē fore
dilacerationē regni, aut vastatā patriā
in servitutē, adijcere posset animū
ad scholas excitandas? Proinde hoc
tuū consiliū, quasi divinationē quādā
futurae pacis interpretor, de qua,
idem ut sentiam, non leuib. argumētis
moveor, ac spe Matthiae ducis, in bonā
spem habere futurū ut aliquanto post
in hac tranquilla pannonia, ut quidē
vincēs Turcis. Quare quod pie, et
ut arbitror divino cōsilio molitus, ut
ruentibus studijs opem feras, hoc institutū

ne abijcias, sed in diversorum temporum —
difficultatibus sinas. Spero deum una
meis conatibus affuturum esse, presertim
si doctoris operam, ut Ecclesiae prius
ducerentur. Neq: (n.) dubium est haec bella
de hanc Turcicam servitutem, poenas
esse peccatorum nostrorum et Idolatriae. Cum
autem mansuri sumus hominis artibus —
quaeso ut me quoq: complecteris inter
ceteros studiosos. Olim graeci Herculem
addiderunt Musis, eumq; ducem vocabant,
significantes, defendi oportere literas autoritate
bonorum principum. Constat autem maiores
vestros parentes ab Hercule ortos esse.
Quare genealogiam et domesticam virtutem
esse putabis, iuvari literarum studia.
Et istud praeclarum, imitari maiores.
Sed haec fortasse prolixius quam
conveniebat. Matthiam tibi commendo



ORSZÁGOS LEVÉLTÁR